



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 55. Pelagius Papa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

In Illyrico quoque Schismaticos vi. Sæculum VI.  
dere erat, itemque in Gallia; imo & in A.C. 555.  
Hiberniam penetraverat malum. Quo Greg. II. ep.  
remotores ab Oriente vivebant, eo mi- 36.  
nus, quid in Concilio V. actum fuisset, Vit. an. 555.  
sciebant. In Illyrico Frontinus Episcopus  
Salonensis Constantinopolim evocatus,  
cum tria Capitula damnare detrectaret,  
in Exilium missus est Antinoum in The-  
baide & in ipsius locum Petrus Episcopus  
Salonensis ordinatus. Elapsis octo annis  
Frontinus Antinoo Ancyram in Galatia Id. an. 563.  
migrare jussus.

### §. LV.

#### *Pelagius Papa.*

Postquam Sacra Sedes Vigilio defuncto  
vacasset mensibus tribus, electus est  
Pelagius Patria Romanus Filius Joannis,  
olim Præfecti Prætorio Vicarii. Erat Lib. Pont.  
Ecclesiæ Romanæ Archidiaconus, Vi-  
gilii in Profectione Constantinopoli-  
na & in reditu comes. Verum fue-  
re, qui suspicarentur, ipsum duræ per-  
secutionis, quam Vigilius passus fuerat,  
cum aliis causam extitisse, & præmaturæ  
mortis consicum. Hinc nullus Episco-  
porum eundem ordinare volebat, nisi  
Joannes Perugianus, & Bonus Ferenti-  
nensis cum Andrea Presbytero Ostiensi.  
Hi sexta Aprilis eodem anno 555. Episco-  
pum ordinarunt. Multi vero viri Pro-  
bitate,

B b b 5

Sæculum VI. bitate, sapientia, & Nobilitate clarissimi  
A. C. 555. ab ejus Communione ob suspicionem ne-  
cis Vigilio illatæ recesserant. Igitur Pe-  
lagius, ut innocentem se probaret, com-  
municatis cum Narsete, qui copiis Impe-  
ratoris in Italia præerat, consiliis, publi-  
cas preces indixit, & ex Ecclesia S. Pan-  
cratii ad S. Petrum processit, ubi Evan-  
gelium & Crucem Domini Nostri capiti  
suo imponens, consenso suggestu publi-  
ce juravit, nihil mali se Vigilio Papæ in-  
tulisse. Populo acquiescente, ipse dein-  
de omnes Præsentes rogavit, ut secum ad  
proscribendum ab Ordinationibus Simo-  
niæ vitium operam jungerent. Bonis  
Ecclesiæ administrandis præfecit Valen-  
tinum, qui ipsi ab Epistolis erat, virum  
timentem Deum. Is omnibus Ecclesiis  
ablata vasa aurea, argenteaque, & vela  
restitui curavit.

## §. LVI.

*Papa Schismaticos persequitur.*

Pelagius Papa ad reprimendos Schisma-  
ticos Italiæ omni virium contentione  
incubuit, quod ut facilius efficeret, Nar-  
setis Auctoritatem in auxilium vocavit.

*Epist. 3.* Quia vero hic Patricius magna pietate  
erat, & timebat, ne in Religionem pec-  
caret, in quadam Epistola ad eum data  
Pelagius dicit: *ne te absterrent vani Ser-  
mones dicentium; Ecclesiam excitare per-  
secutio-*